Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Leander Epis. S. Athanasia M. S. Julianus M. 27. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Leander Epiſ S. Athanaſia M.
S Julianus M. 27. Feb.

Fuga Peccati.

Deum offendunt peccatorum vulnera, non dolorum Chryſologus.

Deus fidelium remunerator animarum, præſta ut B. Leandri conf tui atque Pont (S. Athanaſiæ M. S Iuliani M. tui) cuius venerandam cele ramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam cōſequamur. Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro infirmit &

1. S. Leander Hiſpal. Epiſ. is fuit, cuius prædicatione & Studio Viſigothorum gens, adiuuante Rege eorundem Reccaredo, ab Arrianâ impietate ad Catholicam fidem acceſſit.

2. B. Athanaſia cum Martyro ſuo B. Andronico bonorum ſuorum trientem egenis, trientem Eccleſiæ miniſtris trientem ſibi impendebat & liberis, cum vero hos mors, vt videbatur, immatura ſuſtuliſſet, & illa in B. Iuliani æde materno dolore excederet, B. Iulianus cum prole beata matri apparens exceſſum caſtigauit.

3. B. Iulianus Alexandriæ opulentus Chriſtianus, podagræ doloribus impeditus, ad Martyrij campum ſeruorum manibus peruenit. Vbi crudeli ſententia damnatus cum vno ſeruorum reliquum iter ad cælum partim Camelo impoſitus illuſuſque partim flamma cælos petente feliciter confecit;